Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift



14

muliere speciosa reuersi fuerit is. a demonio
uexari temptatrice inuenietis. & implebitur
in ea quod scriptum est. Conuertetur dolor eius in caput
eius. Et uero illi abeuntes sicut predixerat sanctus. percutien
tesque in mare ampullam igne copioso oleum
illud aquam incendit. Unde nautae territi
nimisque mirantes. cum ad propria reuersi fuissent.
iam a demonio agitari maleficam mulierem in
uenerunt. Et professi sunt & omnibus indicauerunt.
quomodo gubernatorem. ducem. atque rectorem habe
rent illique naues die integra & nocte tota.
Simul illis uidentibus eis aduenerant procel
le & tempestates. & nisi aduitor eis sanctus dei uir
processisset. periclitati sine dubio in mari es
sent. Vota simul reddunt & deo gratias agunt.

CVM SEDERET HYCOLAVS
ante ecclesiam arnauendensis castello.
populum admonens ac docens. quidam homo
febre oppressus. pedibus eius aduolui cepit.
& fatebatur clamans & dicens. Miserere